



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

5. Persona Christi plenissimum maiestatis theatrum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Christi  
viator &  
exul na-  
scitur.

ris edito domiciliū mutare compellitur, ne ex patrij cœli affectione primum spiritum delibaret, viator nascitur, exul nascitur, nato subinde, & vix quadraginta dierū infantulo aliud exilium decernitur, intentatur teneto, & adhuc ex angui iugulo sequi sumi regis mucro, parvulorū, quos hic crudelitatis turbo demestruit, pene cruore respersus, ex cultis victimariis ereptus, in vltimas barbaræ gentis oras fugit sine lare, sine pignore, sine hospite, orbis terrarum exul, ferme à communi luce, & spiritu seclusus.

Persona Christi plenissimum maiestatis  
theatrum.

CAPVT V.

Videndus  
Nicephor.  
l. i. ca. 40.  
qui Christi  
effigiem  
staturam  
describit,  
& inter  
cetera  
commemorat  
eū  
fuisse  
et v. b. d. a. l.  
p. ov. et ip-  
p. v. a. , et  
p. o. x. p. o. v.

AT quis vir æterni Patris, æternus filius, Angelorum delicia, beatorum lumen, Princeps pacis, humanæ salutis parens, assertor nostræ libertatis, mundi restitutor, in quo ne minimus quidem vnguiculus fuit, qui non spiraret diuinitatem. Si quidem frons maiestate plena, quod illi cum cœlo perpetuum erat loquebatur commercium. Ita grauis, vt terteret, ita amabilis, vt illiceret, terteret quidem improbos, humiles vero, atque abiectos erigeret. Tanta autem inter vitæ acerbatis serenitate renidebat, vt non dulcius micaret stellæ, non serenius fulgeret lacteus circulus, non placidius spirarent Etesie. Nasus leni, & modico tractu diffusus, non rugosus, non asper, non aduncus, cœlestem beati pœtoris spirabat prudentiam. Oculos infra superciliorum arcum blandirentur nitidos soles dixisses, eum increparent fulgura, cum perumprent animos flumina. In labris omnes gratiæ sessabant, omnis affluebat lepos, hinc lactis, & mellis sumina, hinc nectaris riuus, hinc iugis cœlestis sapientiæ torrens exundabat. Tota eius vita clarissimarum virtutum fulgur fuit, oratio tonitruum.

Vid. Arn.  
l. i. aduers.  
gentes de  
cuius sen-  
sibus hæc  
expressa.

Vnus fuit cuius vocem, & imperium febris ardores, aquæ intercutis, & veterinosa, fœdæ vitiligines, corporisque omnes cruciatus fugiebant, cuius tactu vis sanguinis profluenter ebullientis repente consistebat, cuius oburgationem immersi miserorum visceribus Demones perhorrescebant. Vnus fuit qui claudos currere præcipiebat, & iam emicabant;

porrigere mancos manus, & iam molles articulorum commissuras explicabant; capros membris assurgere, & repente lectulos deportabant, alienis paulo ante ceruicibus delati, cæcos videre, & iam cœlum diemque cernebant, qui sine oculis fuerant procreati. Vnus fuit ad cuius castigationem insana se coercerebant maria, procellarum turbines, tempestatesque fidebant, qui furentis elementi terga lenissimis passibus impune calcabat, vnde ipsi stupentibus, & se ad conditoris famulatum abijciente natura. Vnus qui numerosissimam quinque millium hominum turbam se per saxa, & solitudines affertantem, quinque panibus saturauit, & ne præstigiæ viderentur incredulis, sex sportarum sinus reliquit utrumque fragminibus impleuit. Vnus qui vestes inferorum, mortisque repagula potentissima voce refregit, & post tertium diem funeris rediit ut cadauera, et pollinctorum fascijs expedit ut. Vnus qui mentis humanæ latebras, abditosque recessus permearet, & quid quisque animo volueret, quid consilij ageret, disculis simulationis integumentis explicatissima peruideret. Vnus qui cum vna voce funderet, à diuersis populis, & dissona oratione loquentibus intelligebatur. Vnus denique potens vbique opere, & sermone pauper in nostris, diues in suis.

Passio ipsa plena maiestatis, & magnorum  
argumentorum seminarium.

CAPVT VI.

QVOD si oppressa virtus maxime luctosa est, qualis iniicitur animo species, cum illum in nostra salute procuranda inuidiæ flamma circumuentum, pro nobis iectum, & fumantem videmus, dum faces in nostrum exitum comparatas suo cruore restinguunt.

Factus pro nobis victor, & victima: Et ideo victor quia victima, pro nobis sacerdos, & sacrificium: ideo Sacerdos quia sacrificium, faciens nos de Dei seruis filios, de Deo nascendo, nobis seruiendo. Eheu tantum virum seruilibus flagris subiectum! singe enim hæc à me non narrari, sed à te videri.

Constituitur in domo prætorio infelicissimi.